



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. IX. De Exercitiis Spiritualibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

misceantur ; nec ulli earum conventus apud nos agantur, nisi qui ad finem Societatis conducerent. ^e

^e P. 7. c. 4. G.
& R. Prov.
103.

SECTIO IX.

De Exercitiis spiritualibus.

*Exercitiorum
Institutio, &
utilitas.*

d Paul. III. in
Form. p. 9. &
32. & Jul. III.
in eadem pag.
61. & P. 7. c.
4. § 8. & C.
5. D. 58. &
C. 7. D. 40.

*Modus ea tra-
dendi in Dire-
ctorio.*

^e Ep. Secr. So-
cietatis præ-
fixa eidem
Directorio.

1. **E**Xercitia spiritualia, auctore S. I. G. NATIO, ex Sacris Scripturis, & vitæ spiritualis experimentis elicita, & in certum ordinem, ad piè movendos Fidelium animos, redacta, sunt unum ex Instrumentis essentialibus Instituti Societatis; quibus illa ad suorum, Externorumque spiritualem profectum utitur; & quibus referri debent, magna ex parte, accepti uberes fructus, quos eadem Societas in Ecclesia Dei ubique gentium producere non cessat. ^d

2. In hoc armorum spiritualium genere tractando erudiendi sunt nostri Scholastici, ut indicatum est P. 2. Cap. 5. Sect. 7. §. 6. & ad hanc scientiam parandam, ex Decr. 107. Con. 1. & approbatione Con. 5. Directorium peculiare compositum est, atque vulgatum. ^e Rejecto igitur Lectore ad uberrimam hujus Directorii institutionem, huc pauca revocabuntur, quæ sparsa in Constitutionibus, & Regulis extant.

3. Licet Sacerdotum maximè sit, alligere ad Exercitia hominès, atque ea tradere: nulli tamen ea cura demandanda esset, nisi prudentia, ac rerum spiritualium usu satis probatus esset. *f*

4. In universum loquendo Exercitià, quæ ad primam hebdomadam pertinent, tantùm tradantur. Omnia verò tradì oportebit raris hominibus, & qui de vitæ suæ statu deliberare velint. *g*

5. Nemo scriptas dabit, aut mittet cuiquam Externo, vel Domestico Instructiones spirituales, aut meditationes, nec Exercitià spiritualia communicabit, nisi à Superiore id approbetur. *h*

6. Concèssa est Indulgentia plenaria omnibus Christi Fidelibus, qui apud Nos Exercitià per octiduum peregerint, & confessi Sacram Eucharistiam sumpserint. *i*

7. Neque hic omittendum videtur ex Directorio in Exercitiis Cap. 4. §. 2. quoad expensas nostrarum Domuum, levandas attinet; si quando graves essent, ob Externorum sese apud nos exercentium alimenta, eleëmofynas in id oblatas, si offerantur, communiter non recusandas, præsertim à ditioribus; nec, si non offerantur, requirendas esse.

Non omnium ea tradere.

f P. 4. c. 8. §. 5. & P. 7. c. 4. §. 8. & R. Sac. 7. & Præp. 41. & Rect. 67.

Neque omnibus integra.

g P. 4. c. 8. E. & P. 3. c. 3. R.

Nulla scripto meditationes communicentur infcio Superiore. h R. com. 39.

Indulgentià plenaria Exercitià peragentibus.

i Alex. VII. in Brevipag. 49. Append.

Expense pro Exercitiis.